Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1228
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



14

os plenum est et amaritudine et dolo: sub
lingua eius labor et dolor. Sedet in in
sidis cum divitibus in occultis: ut interfi
ciat innocentem. Oculi eius in pauperem
respiciunt: insidiatur in abscondito quasi
leo in spelunca sua. Insidiatur ut rapiat
pauperem: rapere pauperem dum attrahit
eum. In laqueo suo humiliabit eum: incli
nabit se et cadet cum dominatus fuerit
pauperum. Dixit enim in corde suo oblitus
est deus: avertit faciem suam ne videat
in finem. Exurge domine deus exaltetur
manus tua: ne obliviscaris pauperum.
Propter quid irritavit impius deum: dixit
enim in corde suo non requiret. Vides quo
niam tu laborem et dolorem consideras: ut
tradas eos in manus tuas. Tibi derelictus
est pauper: orphano tu eris adiutor. Con
tere brachium peccatoris et maligni: que
retur peccatum illius et non inveniet. Do